

*Nota.* Ex actibus qui procedunt ab homine alii dicuntur hominis, alii humani, actus hominis sunt, qui quomodocunque procedunt ab homine, quales illæ quoque actiones sunt, quæ homini conveniunt secundum gradum genericum suntque homini communes cum brutis v.g. dormire, crescere, progredi &c. Actus humani propriè sunt, qui conveniunt homini in quantum est homo: *hoc est* in quantum est rationalis naturæ & gradu specifico excellit supra Creaturas irracionales.

Actus humani alii sunt humani quoad substantiam: hi videlicet, qui procedunt ab homine operante secundum gradum specificum & differentialem: ut ridere, flere, motus voluntatis primi & indeliberati. Alii sunt humani quoad modum illi scilicet: in quibus reperitur modus operandi naturæ rationali proprius, qui est operari cum deliberatione & cognitione finis sive illi actus sint voluntatis & tunc vocantur elicitivi sive aliarum potentiarum & tunc dicuntur imperati per ordinem scilicet ad principium actuum humanorum quod est voluntas per cognitionem regulata. Hoc notato sit.

## DISPUTATIO I.

*De ultimo fine.*

**S**uppono 1. Finis est: cuius gratia aliquid fit, hic causat in actu secundo per objectivam allicientiam, sive attractionem voluntatis ad sui prosecutionem de quo plura Philosophi in tract. de causis.

*Suppono 2.* Finis alius dicitur *cujus gratia* & est bonum illud, cuius adipiscendi gratia voluntas operatur, v.g. infirmus sumens amaras portiones ut sanitatem recuperet habet pro fine cuius gratia sanitatem. Alius *cui* & est illud subjectum in cuius commodum quæritur finis *cujus gratia*. v.g. in exemplo proposito ipse infirmus est finis

finis cui quæritur sanitas. Ex his consurgit unus totus finis, proinde hæc divisio est totius in partes. *Deinde* alius est finis qui, sive finis ut res, sive finis objectivus, & est illud bonum quod amamus, & coincidit cum fine cuius. Alius finis quo sive finis ut adeptio rei, sive finis formalis & est consecutio boni, quod intendimus. 3.<sup>o</sup> alius finis operis, videlicet, illud bonum ad quod res vel actio ex se ordinatur, ut finis studiorum est scientia. Alius finis operantis, scilicet illud bonum in quod operans ordinat ea, quæ facit, ut finis studentis est gloria Dei, si ad illam studia referat.

*Demum* finis operantis dividitur in ultimum & intermedium, intermedium est, qui quidem ratione sui appetitur cum dependentia tamen & subordinatione ad finem ulteriorem, veluti ambulatio suscepta recreationis causâ ulterius ordinatur ad Conservationem sanitatis. Finis ultimus est qui non ordinatur ad ulteriorem sed omnia ad ipsum referuntur vel in omni genere & tunc est ultimus finis simpliciter vel in uno solum rerum ordine & tunc est finis ultimus secundum quid.

## Q U Æ S T I O I.

*An homini competat agere propter ultimum finem?*

CERTUM est soli Creaturæ rationali competere propriè & formaliter agere propter finem, quia Creaturæ irrationales nec se ipsas propriè in finem movent, sed potius ab Authore naturæ in finem moventur: nec bonitatem finis formaliter cognoscunt, quia rationem convenientiæ & proportionem cum mediis non apprehendunt sed solum materialiter rem, quæ sibi bona est, cognoscunt; sed difficultas est quænam actiones hominis sint propter finem ad quam

DICO. *Omnes actiones humana propter finem sunt*  
S. Th. hic Q. 1. A. 1. in fin. O.

*Probat*ur, Illæ actiones sunt propter finem in quibus reperitur causalitas finis, quæ est ut ipse gratiâ sui alia verò appetantur propter ipsum; atqui in omnibus actionibus humanis reperitur causalitas finis. Aut enim actio humana est immediatè circa finem, ut amor & intentio finis, & tunc absque dubio bonitas finis per tales actus propter se sive gratiâ sui appetitur, aut est immediatè circa media, & tunc ipsa media, quorum videlicet bonitas dependet à bonitate finis, amantur & eliguntur propter finem, ad quem consequendum conducunt.

*Adde*; in omni actione voluntas vult bonum; bonum autem deliberatè vult vel propter se, & tunc immediatè versatur circa finem, vel propter aliud, & tunc mediatè versatur circa finem ergo semper agit propter finem.

*Dices* S. Th. in A. cit. loquitur de actionibus humanis deliberatis, quales non sũnt simplex volitio & intentio finis, cum deliberatio sit de mediis non de fine.

R. Cum Gonet deliberatio dupliciter sumitur propriè & strictè pro eâ, quæ ad electionem mediorum requiritur & præsupponit intentionem finis, vel communiter pro eâ scil. quæ requiritur ad operandum bonè vel malè moraliter, ad quam sufficit facultas ad discernendum inter bonum & malum morale.

*Obj. 1.* Juxta D. Ang. 3. C. gentes Cap. 75. videtur Causalitas finis in hoc consistere, quod propter finem alia desiderentur, cum ponat providentiam ordinativam rerum ad finem, atqui in omni actu humano non desiderantur alia propter finem, ut in actu qui immediatè versatur circa finem. Ergo non in omni actu humano reperitur Causalitas finis nec consequenter est propter finem.

R. Adæquatam causalitatem finis, quam exercet finis secundum suam totam virtutem causandi videlicet bonitatem, quâ movet voluntatem, ut tendat in om-

ne,

De U  
 re. ut tali bonitati  
 esse amari & appeti  
 non sibi intrinsecam q  
 tur, sive ut ad ob  
 tur. Loquitur igitur  
 finis quam exercet  
 aliud à fine distincte  
 (S. 1. Omnia que fi  
 re finis, sed non omnia  
 ex amore finis, qui  
 est ex amore finis, aliis  
 Distinguo maj.  
 finis ex amore finis  
 con, semper formal  
 aliquid fieri est ex  
 proposito aliquid fieri  
 voluntate finis objecti  
 fit ex amore finis  
 virtus vi bonitatis ob  
 am fit ex amore finis  
 in actu distinctus e  
 quo amatur finis; q  
 movet voluntatem ad  
 voluntatem: quod intenti  
 transitive, quasi ali  
 sive ex ipso actu a  
 quod procedat, ut ipse  
 actu movente volun  
 nem dicitur produci  
 mento intrinsecive, it  
 non autem transitive qu  
 à calore distincta,  
 producendum ignem.  
 Actus fugæ, quo  
 A 3

ne, quod tali bonitati substat non in hoc consistere, quod alia amentur propter finem, siquidem fini prius competit amari & appeti propter se id est propter bonitatem sibi intrinsecam quam quod alia propter ipsum amentur, sive ut ad obtinendam bonitatem finis conducentia. Loquitur igitur S. D. de inadæquatâ causalitate finis, quam exercet secundum quod est motivum volendi alia à fine distincta.

*Obj. 2.* Omnia quæ fiunt propter finem, fiunt ex amore finis, sed non omnia, quæ facit homo deliberatè, facit ex amore finis, quia ipse amor deliberatus finis non est ex amore finis, aliàs se ipsum supponeret.

*R.* Distinguendo maj. Omnia quæ fiunt propter finem, fiunt ex amore finis vel formali vel virtuali aut causali con. semper formali N. explico ex amore formali finis aliqua fieri est ex actu ipso amoris extrinsecè præsupposito aliquid fieri: ex amore causali finis fieri est ex bonitate finis objectivè alliciente fieri, sic intentio finis fit ex amore finis causali, sive est ipse amor finis elicited vi bonitatis objectivè allicientis, Electio mediorum fit ex amore finis formali, ità ut electio mediorum fit actus distinctus causatus ab alio actu distincto, quo amatur finis: quia amor finis præsuppositus movet voluntatem ad Electionem mediorum. Alii respondent: quod intentio finis procedat ex amore finis non transitive, quasi aliquod derivatum ex amore formali, sive ex ipso actu amandi, sed intransitive, hoc est quod procedat, ut ipse amor causatus & dependens à fine actu movente voluntatem amantem, quomodo calor ignem dicitur producere in virtute ignis, ly in virtute sumendo intransitive, ità ut calor sit ipsa virtus ignis, non autem transitive quasi ageret ex virtute superadditâ & à calore distinctâ, quâ ipse calor reddatur efficax ad producendum ignem.

*Obj. 3.* Actus fugæ, quo voluntas averfatur ma-

malum est actus voluntatis, atqui hic non est propter finem, quia non versatur circa bonum sed circa malum.

R. Negando mi. quia nunquam voluntas averfatur malum, nisi in virtute boni ex opposito moventis & allicientis: hinc licet fuga non versetur circa bonum, voluntas tamen fugit malum quia allicitur à bono quod prosequitur.

Obj. 4. Fruitio finis & delectatio de fine adepto sunt actus humani, atqui hi non sunt propter finem, quia actus propter finem tendunt ad consecutionem finis, finis enim dum est in intentione causat & movet ad executionem, fruitio verò non tendit ad consecutionem finis, cum præsupponat finem consecutum.

R. Negando mi. ad cuius probationem dicendum, etiam in his actibus finem esse in intentione id est per actum intellectus cognitum & hinc reperiri motionem & intentionalem causalitatem finis, nam licet bonitas finis non moveat ad sui fruitionem, nisi ut posita in executione, ipsa tamen executio non est ratio movendi, sed tantum conditio necessaria, ut finis objective & ut existens in intentione moveat, quatenus apprehenditur sub ratione boni præsentis & possessi, ad sui fruitionem & delectationem, est solutio S. Th. 1. 2.

Q. 31. 2. 1. ad 2. ubi dicit: *Licet in eo, qui jam est consecutus bonum, in quo delectatur, cesset motus executionis, quotendit ad finem, non tamen cessat motus appetitiva partis, que sicut prius desiderabat non habitum, ita postea delectatur in habito, licet enim delectatio sit quies quadam appetitus consideratâ præsentia boni delectantis quod appetitui satisfacit, tamen adhuc remanet immutatio appetitus ab appetibili.* Quibus verbis S. D. ostendit delectationem esse à movente bono ut præsentem sicut actus tendentes in bonum obtinendum dependent à fine ut intento movente ad executionem mediorum.

Inst.

*Inst. 1.* Positâ executione cessat intentio finis, ergo tunc finis non amplius movet & causat in intentione.

*R.* Distinguendo antecedens: cessat intentio finis prout intentio significat efficacem prosecutionem finis determinantem ad electionem mediorum Con. prout intentio significat esse apprehensum & intentionale, quod habet finis in intellectu & movet voluntatem N.

*Inst. 2.* S. Th. hic Q. 2. a 6. ad 1. in terminis dicit: *Delectatio propter se & non propter aliud appetitur, si ly propter dicat causam finalem.*

*R.* cit L. delectatio non sumitur formaliter pro actu elicitio circa finem præsentem, sub quâ ratione est actus quo in bono possessio quiescit voluntas: sed quia in ipsam possessionem boni voluntas tanquam in bonum aliquod tendere potest, sumitur delectatio objective prout habet rationem objecti appetibilis respectu alterius actus, quo appetitur, sub quâ acceptione non ponit in numero cum ipso fine.

*Obj. ultimo.* Amor beatificus est actus humanus utpote procedens ex perfectissimâ cognitione finis, atqui ille non est propter finem, quia causalitas finis consistit in hoc, quod moveat & determinet voluntatem ad sui amorem, Deus autem clarè visus non movet aut determinat voluntatem ad sui amorem, quippe jam ex se & ab intrinseco determinatam.

*R.* Negando assumptum & probationem distinguendo: causalitas finis consistit in hoc quod determinet vel liberè sive cum indifferentiâ ad oppositum vel necessariò Con. quod semper liberè determinet N. motio enim objectiva finis consistit in appeti gratiâ sui sive autem finis appetatur liberè sive necessariò semper appetitur ratione sui: cum appetatur propter bonitatem sibi intrinsecam voluntati propositam, ac ità Deus clarè visus objective movet & determinat voluntatem non relictâ indifferentiâ ideoque non ad amandum liberè sed necessariò.

Q. 1. An homo appetat tantum ultimum finem?

R. Cum S. Th. 1. 2. Q. 12. a. 2. Negativè, quia quod appetitur gratiâ sui & alia appetuntur propter ipsum, ita tamen ut appetatur cum subordinatione ad finem ulteriorem, non est finis ultimus sed intermedius ut patet ex suppositione 2. atqui tales fines dantur, ut etiam patet in virtutibus moralibus, quarum objecta & fines proximi habent honestatem per se appetibilem, ad cuius consecutionem etiam mediâ idonea eliguntur. Nec tamen sunt fines ultimi, cum contineant honestatem solum creatam, cui repugnat ab intrinseco esse finem ultimum, qui est bonum imparticipatum, à quo omnia alia suam bonitatem habent, & ad quod proinde ut primum principium omnia referuntur. Quemadmodum igitur in causis efficientibus datur subordinatio, ut operatio unius causæ efficientis etiam principalis non excludat operationem alterius causæ principalis, ut patet in subordinatione causæ secundæ ad causam primam, ita etiam in finibus potest dari subordinatio, ita ut finis ultimus admittat finem intermedium propriè moventem in virtute causæ finalis. Videlicet propter bonitatem aliunde quidem participatam sibi tamen intrinsecam; neque.

*Dicas.* Quod propter aliud intenditur, potius medium est quam finis, finis enim gratiâ sui & media propter finem intenduntur, ideoque quamvis objecta virtutum moralium non sint fines ultimi positivè, hoc est: ad quos omnia referuntur, sunt tamen fines ultimi negativè hoc est qui non referuntur ulterius. Nam

Contra est. Quod fines intermedii sub illâ præcisâ ratione in quantum ulterius referuntur non habent rationem finis, sed in quantum habent bonitatem propriam honestatis vel delectabilitatis ex quo facile distingues in formâ: quod propter aliud intenditur ut tota ratio, quare intendatur, sit in alio & ipsi extrinseca, est potius medium

D  
 diu quam finis  
 proprii ipsius bo  
 nun ordinata N  
 honestatem, quan  
 finis est finis int  
 is & delectabilita  
 ad adhibenda mo  
 non tamen est fi  
 nis refertur ad cu  
 le virtutibus mo  
 activæ habent q  
 veratur circa  
 qua verantur  
 non finem,  
 Q. 2. An media  
 bonitatem &  
 virtute?  
 ad 1. Affirmat  
 tam proportionem ac  
 quæ illa proportio est  
 in mediis, cum  
 convenientiam cum ve  
 virtutem convenient  
 proportio, tanto a  
 Dic. Quod mov  
 virtutes propria  
 motu omne quod  
 est illa voluntate  
 c. Omne quod mo  
 propter se est finis  
 propter aliud  
 finis N. & simili r  
 virtutibus, est inte  
 non autem de  
 virtutibus

diu quam finis Con. ut ratio ob quam appetatur sit propria ipsius bonitas quamvis ulterius ad aliud bonum ordinata N. res exemplo patebit : quis appetit sanitatem, quam ulterius refert ad obsequium Dei, sanitas est finis intermedius habens bonitatem honestatis & delectabilitatis propriam, quæ infirmum movet ad adhibenda media sanitatem amissam recuperandi, non tamen est finis ultimus etiam negativè quia ulterius refertur ad cultum Dei. Neque valet quod additur de virtutibus moralibus : siquidem illæ virtutes sunt electivæ habentque pro actu primario electionem, quæ versatur circa media ad finem, adeoque motiva circa quæ versantur ordinant semper positivè ad ultimum finem.

*Q. 2.* An media, habeant propriam & intrinsecam bonitatem & quomodo hæc attingantur à voluntate?

*R. ad 1.* Affirmativè, quia media habent intrinsecam proportionem ad finem, ratione cujus eliguntur, atqui illa proportio est utilitas & respectiva bonitas propria mediorum, cum per talem proportionem habeant convenientiam cum voluntate, quâ movetur appetitus, hæc autem convenientia est bonitas, & hinc quò major est proportio, tantò avidius media appetuntur.

*Dices.* Quod movet & allicit voluntatem est finis, quia causalitas propria finis est allicere & movere appetitum, atqui omne quod habet intrinsecam bonitatem movet & allicit voluntatem ergo est finis & non medium.

*R.* Omne quod movet & allicit voluntatem gratiâ sui & propter se est finis Con. quod movet & allicit voluntatem propter aliud ad quod consequendum est utile, est finis N. & simili modo axioma hoc : bonum & finis convertuntur, est intelligendum de bono primario & absoluto non autem de respectivo, quod est idem ac utile.



*R.* *ad 2.* Quod media attingantur à voluntate ut  
objectum materiale, solus finis ejusque bonitas est ob-  
jectum formale & adæquatè specificativum voluntatis.  
Ratio est: quia objectum formale specificativum est,  
quod ratione sui & per se primò attingitur, alia autem  
propter ipsum, atqui sola bonitas finis ratione sui &  
per se primò attingitur, media verò ratione finis. Ergo  
objectum formale specificativum voluntatis est bonitas  
finis, media verò sunt objectum secundarium, cum  
non ratione sui sed ratione alterius attingantur.

*Dices. 1.* Quod est objectum adæquatè specificati-  
vum voluntatis est etiam objectum formale omnium  
actuum voluntatis, atqui bonitas finis non est ob-  
jectum formale omnium actuum voluntatis, quia ele-  
ctio consensus & usus sunt actus voluntatis ex objecto  
formaliter distincti ab actu intentionis; horum autem  
actuum objectum formale sunt media, sicuti objectum  
intentionis est finis. Ergo finis non est objectum forma-  
le omnium actuum voluntatis.

*R.* Distinguendo maj. est objectum formale om-  
nium actuum voluntatis vel ut quod vel ut quo. Con-  
utroque modo N. actum voluntatis, qui circa finem  
versatur, bonitas finis specificat *ut quod*. Actum vo-  
luntatis, qui versatur circa media ut sunt electio, usus,  
consensus, specificat bonitas finis *ut quo*. Ideoque  
quamvis diversa media possint formaliter diversificare  
diversos actus voluntatis, quia tamen ipsorum bonitas  
est respectiva & essentialiter subordinata bonitati finis,  
à quâ voluntas per se primò movetur ad intentionem &  
mediate intentione ad electionem mediorum, ita ut  
bonitas finis sit imbibita in bonitate mediorum, idè bo-  
nitas finis est ratio formalis sub quâ media appetuntur,  
quemadmodum contingit in habitu alicujus scientiæ,  
in quâ variæ conclusiones ex diversitate particularium  
objectorum formaliter terminantium & specificantium  
specie

D  
speciei quasi mate  
fieri in ordine a  
ut quod om  
tatum primari  
Dices 2. Ita fi  
fieri ad intellectu  
ad visionem lux &  
intellectus pertin  
tam veritas cor  
visionis spectat lux  
n. Disparitate  
quam princi  
intellectus, appeti  
primaria intentione  
propter aliud sunt ap  
videtur dependent  
dependentem à fine;  
licem, ita ut lux sit  
colorem & ut visibil  
colorem, sed propter  
quod vero amantur  
quam venit ad fine  
plus appetuntur med  
Q. 3. An etiam  
antequam respon  
Dei sit liberæ,  
ut creatas, quæ su  
te: in operationib  
videtur potest vel  
ad operatio Dei di  
termini extra  
sunt in obliquo.  
Secundum i  
quia illud  
Dei neque habe

specie quasi materiali distinguuntur, illa tamen diversitas in ordine ad habitum scientiæ se habet materialiter, eò quod omnia illa particularia objecta referantur ad unum primum.

*Dices 2.* Ità finis & media se habent ad voluntatem sicuti ad intellectum se habent principia & conclusiones, ad visionem lux & color, atqui ad objectum formale intellectus pertinet non solum veritas principiorum sed etiam veritas conclusionum, ad objectum formale visionis spectat lux & color, ergo.

*R.* Disparitatem esse: quod veritas tam conclusionum quam principiorum sit de primaria intentione intellectus, appetibilitas autem mediorum non est de primariâ intentione voluntatis, cum media non nisi propter aliud sint appetibilia. Iterum quamvis color videatur dependenter à luce, uti media appetuntur dependenter à fine, color tamen non videtur propter lucem, ità ut lux sit quasi via conducens ad videndum colorem & ut visibilitas lucis sit ratio visibilem faciens colorem, sed propter semetipsum color visum terminat, media verò amantur propter finem & sunt via per quam venit ad finem, unde obtento fine non amplius appetuntur media.

*Q. 3.* An etiam Deus agat propter finem?

Antequam respondeam notandum, quod actiones Dei aliæ sint liberæ, virtualiter transeuntes, terminatæ ad creaturas, quæ sunt extrà Deum, aliæ sint necessariæ; in operationibus Dei liberis, quæ sunt ad extrà, considerari potest vel illud quod est ex parte actus & quod operatio Dei dicit in recto, vel illud quod est ex parte termini extrà Deum producti & quod operatio Dei dicit in obliquo. Hoc præmisso.

*R. 1.* Secundum illud, quod operatio Dei in recto importat, quia illud identificatum est Deo & est ipse Deus, sic neque habet causam efficientem neque finalem,

oluntate ut  
nitas est ob-  
voluntatis,  
cativum est,  
alia autem  
atione sui &  
e finis. Ergo  
is est bonitas  
arium, cum  
atur.

specificati-  
le omnium  
on est obje-  
quia ele-  
ex objecto  
orum autem  
ti objectum  
ctum forma-

formale om-  
t quo Con-  
circa finem.  
Actum vo-  
lectio, usus,

2. Ideoque  
diversificare  
um bonitas  
nitari finis,  
ntionem &  
um, ità ut  
m, idè bo-  
ppetantur,  
us scientiæ,  
rticularium  
cificantium  
specie

sem, habet tamen virtuale motivum seu rationem finalem, quæ est ipsa increata Dei bonitas, quæ ideo dicitur ratio finalis, quia eminentissimè continet totum illud, quod movet voluntatem, quæ est apta moveri à fine sive bono.

R. 2. Secundum illud, quod operatio Dei dicit in obliquo sive terminis divinæ actionis, quia est creatura, habet veram causam finalem, nempe ipsum Deum, omnia enim propter semetipsum operatus est Dominus. Dicitur tamen Deus etiam aliquando habere finem creatum: sic dicitur pro nobis incarnatus non ex parte actus suæ voluntatis, sed ex parte rei volitæ, in quantum unam rem creatam subordinat alteri; sic merita & perseverantiam electorum ordinat Deus ad illorum gloriam tanquam media ad finem, ideoque in rigore non est vera hæc propositio: Deus vult hoc creatum propter illud creatum, quia indicat causam finalem ex parte voluntatis: attamen vera est hæc propositio: Deus vult hoc creatum fieri vel esse propter illud creatum, quia ex parte objecti voliti, unum creatum ordinatur ad alterum.

R. 3. Operatio voluntatis Divinæ necessaria vel est essentialis vel notionalis, amor Dei essentialis habet rationem finalem: quia ad hoc sufficit, quod sit ex perfectâ cognitione bonitatis, suo modo sine ullâ causalitate vel dependentiâ objectivè allicientis, sed amor Dei essentialis est ex infinitâ bonitate infinito modo virtualiter præcognitâ, ipsaque bonitas divina multò magis & perfectiùs est Deo ratio amandi seipsum quam creaturas, ergo amor in Deo essentialis habet rationem finalem.

R. 4. Amor Dei notionalis non est operatio distincta ab amore essentiali, sed est ipse amor essentialis connotando, quod sit in Patre & Filio, ut sic enim efficitur notionalis & producit Spiritum Sanctum, sicut eadem intel-

intellectio essen  
notionalis & ge  
am est notio  
is amor notio  
bonitatis, attan  
Spiritus Sancti,  
none sed ex fecer  
intellectum Filio  
Spiritu Sancto,  
possibile amare l  
none ac consequ  
bonitatem tanqu  
amen secunditate  
notionalis sive pi  
Dices. Si Deus  
quam finem tunc  
conducentis & Deo  
Deus nihil acquirere  
seipso beatus & sibi  
R. Creatura hab  
horum superius Cor  
in medio duplex hal  
nis & conducibilita  
tatis in finem; pri  
rebetu creatæ vol  
fectivo, eo quod t  
tatem ad sui profecu  
tatem in objecto appe  
tatis, si objectum  
tatis aut hone  
tatem respectu d  
modo ordinabilit  
tatis, nam omni  
tatem non pa  
tatem conjunctus

intellectio essentialis connotando quod sit in Patre est notionalis & generat filium, amor igitur ut reduplicative est notionalis non est propter finem, nam quamvis amor notionalis præsupponat cognitionem divinæ bonitatis, attamen quod sit notionalis & productio Spiritus Sancti, non habet formalissimè ex ista cognitione sed ex fœcunditate divinæ naturæ, quæ uti per intellectum Filio, ita per voluntatem exigit communicari Spiritui Sancto, unde si intelligeremus Deum per impossibile amare suam bonitatem absque perfectâ cognitione ac consequenter sinè hoc, quod amaret suam bonitatem tanquam rationem finalem, præsuppositâ tamen fœcunditate naturæ divinæ intelligeretur amor ut notionalis sive productivus Spiritus Sancti.

*Dices.* Si Deus vult creaturas propter seipsum tanquam finem tunc creata habent conditionem medii conducentis & Deo utilis, hoc videretur absurdum: quia Deus nihil acquirere potest per creaturas utpote infinite seipso beatus & sibi sufficientissimus.

*R.* Creaturæ habent rationem medii referibilis in bonum superius Con. conducibilis & utilis N. explicò in medio duplex habitudo reperitur; habitudo utilitatis & conducibilitatis ad finem, habitudo ordinabilitatis in finem; prima habitudo invenitur in mediis respectu creatæ voluntatis, quæ quia amat amore affectivo, eò quod trahatur per ipsam objecti amabilitatem ad sui prosecutionem incitantem, idcirco supponit in objecto appetibilitatem, & vel habitudinem utilitatis, si objectum sit medium; vel habitudinem delectabilitatis aut honestatis si objectum sit finis; in creaturis autem respectu divinæ voluntatis tantum reperitur habitudo ordinabilitatis, secundum quam dici possunt media, nam omne bonum participatum est referibile in bonum non participatum, à quo emanat, & cum quo conjunctius & propinquius melius & perfectius

Etius est, ac ità amat Deus creaturas propter se amore effectivo, communicando illis suam bonitatem.

### Q U Æ S T I O II.

*An voluntas humana possit appetere plures ultimos fines.*

**S**uppono 1. De ultimo fine & modo tendendi in eundem. 1. mò ultimus finis alius positivè ultimus ille scilicet in quem omnia tanquam in optimum desiderabile referuntur, alius negativè ultimus ad quem licet non omnia referantur, ipse tamen non appetitur gratia finis ulterioris.

2. dò. Ad alium convertitur homo actualiter, quando actu formali in illum tendit, ad alium est conversus habitualiter, quando vi præteriti actus est inclinatus & determinatus ad ultimam finem tamen si nullo actu de facto in ipsum tendat. Sit pro exemplo homo peccator dormiens vel faciens aliquod opus moraliter bonum, hic ratione peccati mortalis præteriti est habitualiter conversus ad Creaturam tanquam ultimum finem.

3. tiò alius est ultimus signatè quando videlicet homo explicitè & expressè iudicat suam summam felicitatem esse constitutam in tali objecto. Alius est ultimus in actu exercito, quando homo in ipso modo operandi ità se habet, ac si suam summam felicitatem in tali objecto collocaret; hoc modo peccator ordinariè ultimum suum finem constituit in Creaturâ quatenus legem Dei & bonum increatum postponit bono creato, Deumque summum verè bonum deserit adherens bono creato, ex cuius affectu peccat. Ac ità interpretativè iudicat melius esse bonum creatum quam increatum non speculativè, asserendo bonum creatum esse summum bonum, aliàs enim foret hæreticus, sed practicè imperando prosecutionem boni creati, cum foret imperanda prosecutio boni increati.

4. tò. Tendentia voluntatis in plures fines ultimos  
potest

potest accipi de pluribus vel copulativè vel disjunctivè sumptis, copulativè sumuntur, quando voluntas vult plures fines simul ut voluptatem honorem & divitias. Disjunctivè, si alterutrum indivisim & indeterminatè velit v.g. vel voluptatem vel honorem &c.

§.tò. Volitio finis ultimi vel est efficax vel inefficax: efficaciter intenditur ultimus finis, quando quis se & omnia sua ac ità etiam omnem habitualem relationem convertit in ultimum finem; ineffaciter intenditur, quando ex vi operis quidem aut actualiter aut virtualiter non fertur ulterius, non tamen omnis habitualis relatio operantis fertur in ipsum bonum ut ultimum finem; est exemplum in peccante venialiter, qui Creaturam, ex cuius amore peccat, non refert quidem ulterius in Deum, quia tamen per peccatum veniale non destruitur habitus Charitatis, ideò Creatura est finis ultimus peccantis venialiter non efficaciter sed ineffaciter intentus.

*Suppono 2.* Non posse hominem appetere duos ultimos fines in communi, quia finis ultimus in communi est unicus, ipsa videlicet ratio boni sive bonitas, quæ vocatur bonum formale, in quo cum nulla ratio alicujus mali vel molesti reluceat, à voluntate amatur necessariò quoad specificationem, sive quod idem est, omnia quæ voluntas appetit, ea sub nullâ aliâ ratione quam sub ratione boni appetit.

*Suppono 3.* Eandem voluntatem successivè sæpiùs habere plures fines ultimos, etenim homo de peccatore fit justus & ex justo fit peccator, ac ita transfert finem ultimum vel à Creaturâ in Deum vel à Deo in Creaturam; difficultas igitur est: an voluntas pro eodem tempore possit plures fines totales, vel positivè vel negativè vel copulativè vel disjunctivè vel actualiter vel habitualiter vel formaliter vel virtualiter appetere.

DICO *Impossibile est, quod voluntas unius hominis*  
*simul*

*simul se habeat ad diversa sicut ad ultimos fines S. Th. hic Q. I. A. 5. O.*

*Probatur.* Quia essent simpliciter fines ultimi ut supponitur & non essent fines ultimi, finis enim ultimus simpliciter appetitur per modum adæquatè satiativi, & ita propter se appetitur, ut cætera omnia propter ipsum appetantur. Sed si appeterentur plures fines ultimi: ut Deus & Creatura, tunc extra Deum adhuc aliquid appeteretur ut satiativum appetitûs nempe Creatura & præter Creaturam appeteretur Deus & neutrum ex duobus referretur ad alterum, ergo neutrum esset finis simpliciter ultimus. Hæc ratio probat efficacem tendentiam voluntatis in duos fines ultimos simul esse impossibilem, nihilominus est compossibilis tendentia in duos fines ultimos sub diverso modo: potest enim voluntas esse habitualiter conversa ad Deum efficaciter & inefficaciter tendere in Creaturam tanquam finem ultimum negativum, ut fit in iusto venialiter peccante & econtrâ potest voluntas esse habitualiter conversa ad Creaturam & inefficaciter tendere in Deum ut ultimum finem ut fit in peccatore faciente opus moraliter bonum v.g. dante Eleemosynam, quæ actu refertur in Deum ut ultimum finem inefficaciter, peccatore ob peccatum mortale & statum privationis gratiæ habitualiter converso ad Creaturam.

*Obj. 1.* Qui colit & adorat plures Deos habet plures ultimos fines, quia quidquid apprehendit esse Deum, apprehendit esse summum bonum & consequenter ultimum finem: ergo non implicat quempiam habere simul plures ultimos fines.

*R.* Quidquid apprehenditur esse Deus secundum veram & adæquatam rationem Deitatis, apprehenditur sub ratione summi boni *Con.* Quidquid apprehenditur sub falsâ & partiali ratione Deitatis, apprehenditur sub ratione summi boni *N.* Gentiles in suis diis

non

D  
non constitueru  
quod in vilione  
le potius in co  
hæc enim plures  
videlicet ob diviti  
tum finem ultim  
quorum uni frugi  
tationem &c, n  
immo fines partia  
et impulerat ipsi  
*Obj. 2.* Idem he  
videre disjunctivè  
g. considerate vel ma  
falsopalem.  
Negando aff.  
tunc honorem  
non in adæquatam p  
faciati, eo quod q  
& neutro secundum f  
si appetitur videt,  
tunc est illud quo  
*Obj. 3.* Potest ead  
causis diversis  
si ergo etiam volunt  
videtur diversi ordi  
Negando cont  
falsis virtutibus & cr  
quod hominis ap  
tunc que satia  
tunc prima & secur  
tunc modo pro  
tunc virtutem c  
tunc causâ se  
tunc in causis  
tunc finalibus.  
*Obj. 4.* 1, 2.

non constituerunt simpliciter rationem ultimi finis, quasi in visione vel fruitione illorum forent beati: sed potius in commoditate proprii beneplaciti, colebant enim plures illos Deos ob temporalem felicitatem videlicet ob divitias, honores &c. vel constituiebant suum finem ultimum in omnibus diis simul sumptis, quorum uni frugum fecunditatem, alteri maris gubernationem &c. tribuebant & ita plures Deos tanquam ultimos fines parciales colebant, ultimus finis adæquatè sumptus erat ipsius gentilis commoditas.

*Obj. 2.* Idem homo potest plures fines ultimos intendere disjunctivè illos non ordinando ad invicem v. g. desiderare vel magistratum sæcularem vel dignitatem Episcopalem.

*R.* Negando ass. ad probat. dicitur talem appetere formaliter honorem ut finem ultimum, cujus materiam inadæquatam ponit in Episcopatu vel Magistratu sæculari, eò quod quælibet res ex illis sit sibi sufficiens & neutra secundùm se sumpta sit adæquata: quæ se solâ appetitum satiet, sed ipse honor in utrâvis materiâ intentus est illud quo obtento quietatur.

*Obj. 3.* Potest eadem res dependere simul à duabus causis totalibus diversi ordinis ut à causâ primâ & secundâ. Ergo etiam voluntas potest moveri à duobus finibus totalibus diversi ordinis, ut à fine creato & increato.

*R.* Negando consequentiam, disparitas est, quia ut finis increatus & creatus sit ultimus, debet præsupponi, quod hominis appetitus juxtâ ejus apprehensionem ab utroque æque satietur; ut autem effectus procedat à causâ primâ & secundâ totaliter, sufficit, quod effectus altiori modo procedat à causâ primâ, quæ eminenter omnem virtutem causarum secundarum in se continet, quam à causâ secundâ, ac ita licet diversitas ordinis sufficiat in causis efficientibus, non tamen sufficit in causis finalibus.



*Obj. 4.* Intellectus potest habere plura principia prima, atqui voluntas habet tot principia, quot habet intellectus, ergo voluntas potest habere plura principia prima: subsumitur: atqui finis ultimus est primum principium voluntatis, ergo voluntas potest habere plures fines ultimos.

*R.* Negando maj. quia primum principium intellectus in speculativis est: idem non potest simul esse & non esse; in practicis: declina à malo & fac bonum.

*Obj. 5.* Qui mortaliter peccat, non idè amittit Theologicam virtutem spei, sed per spem tendit in Deum tanquam finem ultimum & beatitudinem objectivam, ergo peccator præter finem ultimum, quem sibi peccando constituit, insuper habet Deum pro ultimo fine.

*R.* Distinguendo mi. peccator per spem tendit in Deum inefficaciter Con. efficaciter N. Item tendit in Deum ut finem ultimum aliquando possidendum Con. ut hic & nunc super omnia appetiendum N. quia spes non tendit in Deum sub eâ ratione, ut voluntas ipsum super omnia appetiando se & omnia sua in ipsum convertat, hoc quippe proprium est Charitatis, quæ Deum respicit, sub quâ ratione est super omnia amabilis, adeoque non tantum ut est objectum & finis operis, sed etiam ut est ultimus finis operantis, spes autem solùm tendit in Deum, ut aliquando mediante divinis auxiliis possidendum, sub quâ ratione est objectum & finis ipsius actûs, non verò omnem affectum operantis sibi subjicit.

### Q U Æ S T I O III.

*An peccans mortaliter habeat creaturam pro ultimo fine?*

**Q**uod in hâc quæstione de peccante mortaliter investigatur, idem propter connexionem materiæ extenditur ad peccantem venialiter.

*Suppo-*

*Suppono 1.* Pro intelligentiâ primæ difficultatis: quod omnis peccans mortaliter quantum ad affectum & interpretativè constituat suum ultimum finem simpliciter in bono creato, ut constat ex S. Scripturâ. Deut. 32. *dereliquit Deum factorem suum & recessit à Deo salutari suo Il. 1. Vaganti peccatrici.... dereliquerunt Dominum... abalienati sunt retrorsum.* Jer. 2. *Me dereliquerunt fontem aqua viva & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas &c.* Consonat S. Th. Q. 28. de verit. a. 1. ubi ità: peccator quantum ad affectum præponit creaturam creatori, diligens plus creaturam quam creatorem, unde definit S. Aug. peccatum mortale, quod sit aversio ab incommutabili bono & conversio ad commutabile bonum; difficultas autem est quodnam sit illud bonum creatum in quo peccator statuat suum ultimum finem.

*Suppono 2.* Pro resolutione secundæ difficultatis ex S. Th. 1. 2. Q. 88. a. 1. ad 2. & 2. 2. q. 24. a. 10. in O. & ad 2. quod ad rationem ultimi finis simpliciter sufficiat, quod omnia in ipsum referantur, si non actu vel virtute, saltem tamen habitu, & ità in homine iusto peccata venialia, eorumque objecta habitu referuntur in Deum, quæ habitualis relatio nil plus est, quam quod veniale peccatum ex vi suâ non destruat sed, relinquat habitum Charitatis, quæ efficax est ad omnia actu referenda in Deum dummodo in Deum sint referibilia, quia ex habitu Charitatis homo est ità affectus erga Deum, ut sit paratus omne bonum creatum etiam illud, cujus gratiâ venialiter peccat, deserere, si proptereâ Dei gratiam esset amissurus, ideoque ratione hujus habitualis affectus ad Deum tanquam finem ultimum, quantumvis peccet venialiter, nihilominus appetitivè amat Deum super omnia, illumque præfert cuicumque bono creato, ac proinde habet pro fine ultimo simpliciter Deum, quemadmodum ex op-

posito si peccator faciat aliquod opus moraliter bonum, illud ipsum refert habitualiter in bonum proprium tanquam ultimum finem simpliciter, quia per illum actum bonum non auferitur efficax dispositio voluntatis, quâ pro recuperatione amicitiae divinae non vult recedere à bono proprio, quod inordinatè diligit ac ita creaturam interpretativè plus diligit quam Deum. His suppositis.

*Dico I. Inordinatus amor sui est causa omnis peccati S. Th. 1. 2. Q. 77. a. 4. fin. O. sive omnis peccans mortaliter & venialiter ultimato intendit bonum suum inordinatum sed non eodem modo.*

Declaratur conclusio primò in peccante mortaliter: finis ultimus totalis mortaliter peccantis in concreto est ipsemet peccator; ità quidem ut persona peccans sit finis cui proprium verò bonum seu commoditas proprii suppositi inordinata & contraria legi divinae sive prout habet conjunctam privationem debitae ordinationis ad regulam Dei & rectae rationis est finis cuius, ad quem referuntur & in quo coadunantur omnes particulares & proximi fines intermedii quorumlibet peccatorum ut lucrum avari, voluptas libidinosi, honor ambitiosi &c.

Conclusio ità explicata est communis Thomistarum.

*Probat 1. Authoritate D. Ang in 2. sent. dist. 42. Q. 2. a. 1. ubi ita: Finis ultimus in amore commutabilium bonorum est ipse homo, propter quem omnia alia querit. 1. 2. q. 84. a. 2. O. finis in omnibus temporalibus acquirendis est, ut homo per illa quandam perfectionem singularem & excellentiam habeat. Concordat S. Aug. lib. 14. de civit. Dei cap. 13. ubi docet; quod sicut amor Dei ædificat civitatem cœlestem usque contemptum sui, ita amor sui ædificat civitatem terrenam usque ad contemptum Dei; quibus indicatur, quod origo omnis peccati sit amor proprius, quia peccator per inordinatum sui amorem est primum movens in*

in-

intentione, ex  
rectum Dei jux  
quasi sunt quar  
prob. 2. Ra  
ni, cuius intuitu  
aut intuitu com  
pro mi. prater Aut  
intentione tendit in  
de enim appetitus b  
mors est inclinatio  
in proprium inor  
in iusta leges divit  
filiat per gratiam &  
inclinatio divina,  
inim vel in bonum  
coram.

Q. 1. Potest qu  
Dicitur diligere qu  
cetero voluere  
fate Deo de quibus  
Quod est amorem De  
tam, cuius talis creat  
de peccate ex inimic  
Quod peccans e  
re obsequium præ  
propter Deum  
inimicem & pro  
deum impetere Dei  
fate Domine De  
inimicem action  
Dei sunt bon  
in divina præse  
inimicem actiones  
deum. Iden  
inimicem vinci

intentione, ex quo sequuntur operationes ad contemptum Dei juxtà illud Apost. ad Philip. 2. *Omnes quæ sua sunt querunt, non quæ Jesu Christi.*

*Probat. 2.* Ratione: illud habet rationem finis ultimi, cujus intuitu cætera omnia diliguntur, sed peccator intuitu commodi proprii cætera omnia diligit. Ergo mi. præter Authoritates allegatas probatur: omnis inclinatio tendit in bonum naturæ in quâ radicatur, est enim appetitus secundum naturam. Sed affectus peccatoris est inclinatio naturæ sibi relictæ tendens in bonum proprium inordinatum juxtà arbitrium proprium non juxtà leges divinas, uti econtra affectus justii re-ctificati per gratiam & Charitatem est inclinatio naturæ participativè divinæ, ideoque tendens in bonum divinum vel in bonum proprium regulatum juxtà legem æternam.

*Obj. 1.* Potest quis peccare mortaliter & tamen Deum plus diligere quam creaturam, illi v. g. qui peccant ex zelo indiscreto existimantes sese obsequium præstare Deo de quibus Apost. ad Rom. 10. contestatur. *Quod emulationem Dei habent, sed non secundum scientiam,* atqui talis creaturam Deo non præferret, siquidem peccaret ex nimio studio placendi Deo.

*R.* Quod peccans ex zelo indiscreto quamvis existimet se obsequium præstare Deo, attamen seipsum magis amat quam Deum, eò quod ob inordinatum sui ipsius amorem & proprii judicii pertinaciam negligat sincerè inquirere Dei voluntatem, unde non omnis qui dicit: Domine Domine intrabit in regnum cælorum, nec omnes actiones quæ sibi præfigunt pro motivo honorem Dei sunt bonæ, sed quæ illo modo præfigunt, quo lex divina præscribit, ex dilectione Dei sunt, alioquin tales actiones exercentes seipsos magis quam Deum quærunt. Idem respondetur de eo, qui peccat ex ignorantia vincibili, ut: qui tempore persecutio-

nis ex metu, ne fidem neget, seipsum occidit, quia negligentia in inquirendo legem Dei & illius obligationem, ex quâ oritur error vincibilis, radicatur in proprio amore virtualiter praelato legi divinæ.

*Obj. 2.* Sit aliquis, qui sit paratus furari, non tamen velit se exponere periculo vitæ propter furtum, econtrâ sit paratus etiam cum periculo vitæ profiteri fidem, hic est peccator, & tamen plus Deum amat quam creaturam, siquidem est paratus exponere vitam pro Deo, non pro lucro temporali.

*R.* Qui paratus furari extrâ periculum vitæ & simul cum periculo vitæ profiteri fidem, constituit suum finem ultimum in propriâ commoditate juxta proprium arbitrium determinatâ, tum quia in illo casu diligit Deum plus sub ratione boni particularis, quatenus est finis operis, non verò sub ratione finis ultimi quatenus est finis operantis. Tum quia talis homo diligit quidem Deum plus quam illam creaturam videlicet lucrum ex furto, non tamen plus diligit Deum, quam commodum proprium operantis, aliàs enim legem Dei non transgrediretur propter commodum proprium. Tum quia talis homo non est paratus mori pro fide Catholicâ ex amore Dei super omnia, de quo illud Joannis **15. v. 13.** *Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis, sed talis ex solâ firmâ adhæsiōne judicii proprii vult mori, sicut multi hæretici pertinaciter mortem subierunt, & quamvis existens in tali statu peccati ex honestate fidei possit fidem profiteri, divina tamen providentia non permitter Martyrium nisi ex charitate imperatum, cum Apost. 1. ad Corint. 13. dicat. Si tradidero Corpus meum ita ut ardeam Charitatem autem non habuero nihil mihi prodest.*

*Obj. 3.* Qui peccatum committit actio statim pœnitendi non convertitur efficaciter ad creaturam tanquam finem

fines ultimum  
in peccato  
quoniam ult  
Negand  
quod quis alti  
simpliciter  
pro unico instar  
creaturæ postpe  
mortale licet pr  
tamen in creat  
nis efficaciter  
ultimum, debe  
ad adherendi,  
penendi, quale  
nam agit aut poit  
*Obj. 4.* Bonu  
ut si furis ob d  
calis bonum pecca  
non possit referri u  
*R.* Bonum in o  
calis bonum ex furt  
proprio inordina  
particulari potest re  
illa materia, quam  
fieri ad aliam mate  
quiescit, sed ipsa  
nis non referretur  
peccatis mortalite  
*Obj. 5.* Qui ob  
tunc adulterium  
tamen, cum in gr  
conteret ob as  
municum pro f  
Ergo potest  
tamen in i

finem ultimum, sicut ille qui ageret pœnitentiam animo iterum peccandi non serio ad Deum converteretur tanquam finem ultimum.

R. Negando ass. ad probat. dico disparitatem esse, quia ut quis ultimum finem interpretativè quoad affectum simpliciter ponat in creaturâ, satis est, quod pro unico instanti Deum ejusque legem & amicitiam creaturæ postponat, ideoque consentiens in peccatum mortale licet propositum habeat pœnitendi, finem ultimum in creaturam interpretativè constituit, ut verò quis efficaciter ad Deum convertatur tanquam finem ultimum, debet habere propositum efficax Deo semper adhærendi, ejusque amicitiam omnibus aliis præponendi, quale propositum non habet, qui pœnitentiam agit aut potius simulat animo iterum peccandi.

Obj. 4. Bonum inordinatum potest referri ulterius, ut si fureris ob dandam Eleemosynam, atqui in tali casu bonum peccantis non erit ultimus finis, cum ille non possit referri ulterius. Ergo.

R. Bonum inordinatum particulare ut in præseni casu lucrum ex furto potest referri ulterius. Con. bonum proprium inordinatum præscindens ab hoc vel illo in particulari potest referri ulterius. N. sensus est: quod illa materia, quam peccans inordinate appetit, potest referri ad aliam materiam, quam assequendo appetitus quiescit, sed ipsa commoditas inordinate volita ulterius non refertur & hoc ultimum est finis ultimus peccantis mortaliter.

Obj. 5. Qui ob preces amici non committeret furtum vel adulterium, defacto plus amat amicum quam Deum, cum in gratiam amici omittat furtum, quod non omitteret ob amorem Dei, & tamen defacto non habet amicum pro fine ultimo, aliàs enim peccaret mortaliter. Ergo potest quis creaturam plus amare quam Deum & tamen in illâ non constituere finem ultimum.

*R.* Talis plus diligit amicum quam Deum extensive, quia plura actu facit intuitu amici, quam de facto faciat intuitu Dei. Vel ut alii dicunt, intensive: quia dilectio amici utpote connaturalior homini sensibilibiter communicanti cum alio homine est in ipso magis radicata. *Con.* talis diligit plus amicum quam Deum appetitivè *N.* quia ut suppono non est paratus in gratiam amici offendere Deum graviter & ita si non actualiter, attamen habitualiter pluris æstimat bonum Dei, quam bonum amici, quod est Deum habere pro ultimo fine habitualiter quidem, attamen efficaciter volito.

Declaratur conclusio secundò in peccante venialiter: finis ultimus actualis venialiter peccantis est ipsius bonum proprium inordinatum ineffaciter intentum, quod proinde est finis ultimus non simpliciter sed secundum quid.

*Probatur 1. pars.* Omnis actus moraliter malus pro fine ultimo habet bonum proprium inordinatum, quia inclinatio naturæ non quiescit ultimè in aliquo bono particulari, quod non potest apprehendi ut satiativum appetitus: sed reflectitur tandem in proprium commodum & quidem inordinatum, cum non sit referibile saltem actualiter in Deum tanquam finem ultimum; atqui peccatum veniale est actus moraliter malus, ergo refertur in proprium commodum inordinatum.

*2. pars Probat.* Illud bonum est ultimus finis efficaciter volitus, quod omnem relationem operantis non solum actualem & virtuales sed etiam habituales in se convertit, ideoque appetitivè diligitur super omnia: sed bonum proprium, ad quod homo per peccatum veniale convertitur, non ità in se rapit omnem habituales relationem operantis, ut vi illius operationis omnis habitualis ordinatio in alium finem ultimum de-

De  
deltur, ergo  
te volit  
tem  
Pars Etiam  
est, qui ap  
ma propter ip  
peccante venial  
ali gratia & C  
natur in Deum  
m quid ultim  
que actu neque  
le habet bonum  
ualiter intentum  
Obj. 1. Implica  
i Deum aliquo m  
ben ultimum, at  
essentially irrefereb  
bna in Deum refertur  
Distinguen  
lter irrefereb in De  
negative & ex parte  
per habitum gratia  
Deum, ut in illa ac  
torem admittere, c  
vinita cum Deo, i  
veniam am  
invenit, quam  
hoc bono iustus ha  
suspendere ad  
cum Deo, ve  
re actus bonos t  
distinguentum g  
in actib  
Dicitur timore &  
fecundum virtualite

destruatur, ergo bonum proprium peccantis à peccante venialiter volitum non est finis ultimus efficaciter intentus.

3. *Pars* Etiam constat, quia finis simpliciter ultimus est, qui appetitativè super omnia diligitur & omnia propter ipsum, sed bonum proprium non ità à peccante venialiter diligitur, siquidem peccato veniali gratia & Charitas, quibus homo habitualiter ordinatur in Deum, non destruuntur; econtrà finis secundum quid ultimus est, qui ex vi præsentis volitionis neque actu neque virtute refertur in alium finem, atqui ità se habet bonum proprium inordinatum à peccante venialiter intentum.

*Obj. 1.* Implicat ut bonum essentialiter irreferibile in Deum aliquo modo referatur in Deum tanquam finem ultimum, atqui peccatum etiam levissimum est essentialiter irreferibile in Deum. Ergo nec actu nec habitu in Deum refertur à peccante venialiter.

*R.* Distinguendo mi. peccatum veniale est essentialiter irreferibile in Deum positivè & ex parte actus Con. negativè & ex parte suppositi N. Explico: homo justus per habitum gratiæ & Charitatis ità est conversus in Deum, ut in illà animi dispositione nolit quidquam illorum admittere, quibus violanda esset conversio & amicitia cum Deo, unde si sciret per aliquod peccatum veniale divinam amicitiam destruendam, mallet illud intermittere, quam divinam amicitiam violare, & ex hoc homo justus habitualiter & absolutè vult omnia sua opera tendere ad conservandam charitatem & amicitiam cum Deo, vel positivè, in quantum est paratus elicere actus bonos referibiles in Deum & conducibiles ad augmentum gratiæ & charitatis: vel negativè, in quantum in actibus defectuosis & irreferibilibus in Deum ita timore & amore Dei temperat & refrænât affectum, ut virtualiter & interpretativè malit ab isto actu



desistere, quam divinam amicitiam violare, ac ita Deus manet appetitatus super omnia. Hæc relatio habitualis explicata vocatur negativa, quia est habitualis dispositio causans negationem nimiam adhæſionis ad objectum creatum, quâ violari posset amicitia Dei, & non est relatio positiva & ex parte actus, cum objectum peccati venialis difforme rectæ rationi & legi divinæ non possit positivè referri in Deum.

*Obj. 2.* Si peccans venialiter habet pro fine ultimo bonum proprium, bono proprio fruitur: amor etenim finis ultimi est fruitio, atqui frui rebus utendis est peccatum mortale.

*R.* Peccans venialiter fruitur bono proprio prout fruitio significat amorem exclusivum actualis relationis in alium finem ultimum *Con.* fruitur bono proprio prout fruitio strictius accepta excludit omnem etiam habitualem relationem in alium finem ultimum *N.*

*Obj. 3.* Peccatum veniale non relinquit habitua-lem relationem in Deum. Probatum existens in peccato mortali, dum peccat venialiter, habet pro fine ultimo bonum proprium, ad quod omnia sua refert actu per peccatum veniale, habitu per peccatum mortale præteritum.

*R.* Negando assump. cujus probatio distinguitur: existens in peccato mortali, dum peccat venialiter, refert omnia ad bonum proprium per se *N.* per accidens *C.* sensus est: quod peccatum veniale per se referat inefficaciter actum in bonum proprium inordinatum, quia ex se non est sufficiens destruere habitum charitatis, at tamen per accidens peccans venialiter, etiam habitu convertitur in finem ultimum inordinatum, quia nimirum per accidens in ipso est peccatum mortale.

*Obj. 4.* Peccat homo venialiter sæpius in gravi ex defectu deliberationis sufficientis ad peccatum mortale, ut in motibus indeliberatis infidelitatis desperationis, tales

D  
 talis motus hab  
 deliberati,  
 motus de  
 merito boni  
 Distingun  
 perfecte delib  
 motus pler  
 modo v  
 libero & human  
 non habent fine  
 non perfec  
 non perfecte t  
 liber ex parte o  
 venialiter ex dese  
 tum ex parte ma  
 de in eadem mater  
 no foret mortale  
 reus modis operat  
 perfectam peccata  
 materialiter sive ex  
 non ex parte modi e  
 Obj. 1. Si iustus  
 veniale habitualiter  
 dignus opus bonu  
 bonum p  
 cessum, ergo  
 quod legitur & h  
 inordinatum  
 veniale opus eff  
 peccato mortali  
 quod in o  
 dominat  
 talis sequ  
 sequitur: no

tales motus habent eundem finem, quem habent motus deliberati, quia versantur circa idem objectum, atqui motus deliberati habent pro fine ultimo efficaciter intento bonum inordinatum peccantis.

R. Distinguendo: motus indeliberati aut potius imperfectè deliberati habent eundem finem quem habent motus plene deliberati eodem modo volitum N. diverso modo volitum Con. motus enim tales cum non libero & humano modo eliciantur, ex parte operantis non habent finem simpliciter ultimum, quia in illud, quod non perfectè per intellectum proponitur, voluntas non perfectè tendit sed tantum imperfectè & materialiter ex parte operis, quamvis enim actus quo peccat venialiter ex defectu deliberationis, habeat eundem finem ex parte materiæ, quem habet peccatum mortale in eadem materiâ, cum præsentè consensu deliberato foret mortale: per indeliberationem tamen mutatur modus operandi, ideoque ante deliberationem perfectam peccata illa venialia versantur circa finem materialiter sive ex parte materiæ ultimum, quamvis non ex parte modi deliberatè operandi ultimum.

Obj. 5. Si justus peccans venialiter ipsum peccatum veniale habitualiter & negativè referat in Deum, ergo injustus opus bonum morale negativè & habitualiter referet in bonum proprium inordinatum, sed consequens est falsum, ergo & antecedens. Probatum mi. opus quod negativè & habitualiter refertur in bonum proprium inordinatum non est opus bonum: atqui supponimus illud opus esse bonum aliàs sequeretur hominem in peccato mortali existentem nullum facere opus bonum: sive quod in omnibus suis actibus peccator serviat cupiditati dominanti quæ est propositio 40. Baji damnata.

R. Admissâ sequelâ maj. negando mi. cujus probatio distinguitur: non est opus bonum ex parte operantis

tis & bonitate perfecta Con. ex parte operis & bonitate imperfectâ N. sensus est: quod tale opus existentem in peccato mortali non reddat simpliciter bonum ( licet de se ex parte objecti & finis, ad quem ex naturâ suâ illud opus ordinatur, sit moraliter bonum ) eò quod vi habitualis adhesionis efficacis ad bonum creatum & commutabile in peccatore actus bonus habitu referatur in finem ultimum proprii commodi, quia illa inefficax conversio ad Deum per opus bonum est nimis debilis, quam ut possit eradicare habitualementem relationem in finem malum super omnia appetitum.

#### QUÆSTIO IV.

*An quidquid homo vult deliberatè velit vel teneatur velle propter ultimum finem?*

**S**uppono 1. Finis simpliciter ultimus dividitur in finem ultimum formalem in communi, quod est bonum ut sic vel beatitudo in communi abstrahens ab iis rebus in particulari, in quibus determinatè reperitur ratio finis ultimi. Et finem ultimum materiale seu in particulari, qui est bonum adæquatè satiativum in re determinatâ constitutum, sive à parte rei contineat omne bonum & tunc est finis verus, qualis est solus Deus; sive falsò apprehendatur esse finis ultimus & tunc est apparens, qualis est bonum proprium peccatoris.

*Suppono 2.* Hominem posse agere propter finem ultimum quatuor modis. 1. Actualiter, cum actu expresso voluntatis tendit in ultimum finem. 2. Habitualmente, quando in homine reperitur habitualis dispositio ad finem ultimum, v. g. habitus charitatis, quo habitualiter amat Deum super omnia, tunc ratione hujus dispositionis sibi dominantis omnia refert habitualiter in ultimum finem ut in præcedenti Q. de justo peccante venialiter dictum est. 3. Virtualiter, quando  
actua-

actualis volitio præcedens manet in virtute, ratione cuius virtutis relictæ homo operatur, etiamsi tunc nil cogitet de tali fine, quemadmodum, si quis resolverit ire Romam, omnia quæ toto tempore itineris in prosecutione hujus intentionis facit, sunt propter finem illum virtualiter, etiamsi non cogitet amplius de illo fine. Hæc autem virtus relictæ juxtâ multos est species aliqua in memoriâ remanens qua excitatur homo ad prosequenda media etiam non cogitando expressè de ipso fine sed solùm de convenientiâ mediorum 4. demum potest quis agere propter finem ultimum interpretativè, quando quis facit actionem, quæ ex naturâ suâ ordinatur ad finem ultimum, quem tamen pro nunc nec actu cognoscit, nec actu intendit v. g. quis dat Eleemosynam propter honestatem misericordiæ nihil de Deo vel Beatitudine cogitando, hic operatur interpretativè propter Deum vel beatitudinem, quia ipsum bonum honestum, quod expressè intenditur, ex naturâ suâ refertur in Deum & est medium, quo tendimus ad Beatitudinem. Hic modus operandi propter finem ultimum dicitur etiam virtualis ex parte objecti sive operis, ut distinguatur ab altero præcedenti, qui vocatur virtualis ex parte operantis.

*Dico 1. Necessè est, quod omnia, quæ homo appetit, appetat propter ultimum finem.* S. D. hic a. 6. O. Explico quidquid homo vult deliberatè, vult propter finem ultimum in communi virtualiter ex parte operis & virtualiter ex parte operantis.

*1. Pars probatur.* Quidquid homo appetit, sub ratione boni appetit, quod autem sub ratione boni appetit, vult propter finem ultimum ad minus virtualiter ex parte operis vel interpretativè, nam illud bonum quod appetitur vel est perfectum & integrum sive in re, sive in apprehensione & tunc utique appetit beatitudinem; vel est imperfectum & ex hoc ordinatum

tum

tum ad bonum perfectum, cuius est pars & inchoatio, & tunc ex parte operis appetitur ultimus finis in communi, quia appetitur aliquid, quod ex se ordinatur ad tale bonum, quod in se continet beatitudinem in communi.

2. Pars Quam plures ex Thomistis docent, videtur colligi ex S. Th. hic ar. 6. ad 3. ubi ita: *non oportet ut semper aliquis cogitet de ultimo fine quodocunque aliquid appetit vel operatur, sed virtus primæ intentionis, quæ est respectu ultimi finis, manet in quolibet appetitu cuiuscunque rei etiamsi de ultimo fine actu non cogitetur, sicut non oportet, quod, qui vadit per viam, in quolibet passu cogitet de fine.*

*Probatnr ratione.* Tunc homo agit formaliter vel virtualiter propter finem ultimum in communi, quando operationem ipsius præcedit vel formalis intentio finis ultimi in communi, vel absque morali interruptione hæc intentio in aliquâ suâ virtute, effectu vel determinatione perseverat; atqui quotiescunque homo aliquid de novo incipit, ad quod non erat ante determinatus ex præcedente volitione finis in communi, toties de novo electionem finis in particulari præcedit formalis intentio finis in communi, ut expressè docet D. Angelicus inf. Q. 9. a. 6. ad 3. dicens: *Deus movet voluntatem hominis, sicut universalis motor ad universale objectum voluntatis, quod est bonum, & sine hæc universali motione homo non potest aliquid velle.* Ergo nunquam homo seipsum de novo movet & applicat ad volitionem finis in particulari, nisi prius à Deo moveatur ad volitionem finis in communi.

*Obj. 1.* *Experientiâ constat, quod omnes actiones nostræ non fiant ex intentione beatitudinis in communi, quia non omnia negotia vel occupationes ab illâ voluntate beatitudinis in communi incipiunt. Sæpe enim operamur circa objecta primò occurrentia non*

De  
non quando prius  
tunc  
distinguen-  
do non cogitand  
operis felicitatis  
operis operationes  
actu formali &  
in communi. Non  
liberem de adep  
certum est, ex  
omnia negotia i  
vel implicite,  
aliquo fine habent  
rationem beatitudi  
nis, commoditatem  
beatitudinem ap  
beatitudinem ad beatitudi  
Obj. 1. Hæc ratio  
videtur: quia ut ori  
entur, qui si ori  
dentur, nullus  
a. Negando sequela  
dicitur est, qui ad  
rationem et honestam  
ordinatu  
Sed, utuntur pian  
non movet ultimus  
a. movetur, c  
ad finem parti  
nem, nullam omni  
aliqui particul  
homo in actio  
propter ultim  
ultim finem for  
quæ non refert

non cogitando prius de adeptione felicitatis vel beatitudinis

R. Distinguendo ultimam probationem sæpe operamur non cogitando prius formaliter & explicitè de adeptione felicitatis vel beatitudinis Con. quia non omnes operationes proximè procedunt inde, quod prius actu formali & expresso intenta fuerit beatitudo in communi. Non cogitando prius virtualiter & implicitè saltem de adeptione felicitatis vel beatitudinis N. unde certum est, ex intentione beatitudinis in communi omnia negotia inchoari vel proximè vel remotè vel ex - vel implicitè, quia omnia negotia inchoantur ab aliquo fine habente verè vel apparenter aliquam conditionem beatitudinis, ut excellentiam, delectationem, commoditatem, aliquid autem istorum appetentes beatitudinem appetimus saltem quoad aliquid requisitum ad beatitudinem.

Obj. 2. Hâc ratione nullus actus humanus erit otiosus: quia actus otiosus est, qui ad nullum finem ordinatur, atqui si omnis actus humanus ad beatitudinem refertur, nullus caret suo fine ergo.

R. Negando sequelam ad prob. distinguitur maj. actus otiosus est, qui ad nullum finem proximum convenientem & honestum ordinatur Con. qui ad nullum finem ultimum ordinatur N. ut actus non sit otiosus SS. PP. requirunt piam utilitatem vel justam necessitatem, finis verò ultimus in communi, in quem voluntas necessariò fertur, cum de se sit indifferens, ut applicetur ad finem particularem honestum vel etiam turpem, nullam omninò actioni tribuit moralitatem, nisi prout alicui particulari applicatus.

Obj. 3. Homo in actionibus suis est liber, atqui si omnia vellet propter ultimum finem, non esset liber, quia circà ultimum finem foret necessitatus, cum non esset in ejus potestate non referre actus suos ad ultimum finem.

34. Negando mi ad probat. dico voluntatem humanam esse necessitatam quoad specificationem, non tamen quoad exercitium in ordine ad ultimum finem in communi, unde licet possit suspendere omnem actum, si tamen velit, quidquid vult, intendit propter beatitudinem in communi.

*Dico 2. Oportet, quod sicut omnium hominum est naturaliter unus finis ultimus, ita hujus hominis voluntas in uno ultimo fine statuatur* S. D. hic Q. 1. a. 5. O. sive homo in omni actione humanâ agit saltem virtualiter ex parte operantis propter finem ultimum materiale sive in particulari. Est contra aliquos etiam Thomistas.

*Probatur.* Et explicatur conclusio: omnis appetitus efficax tendit in finem ut obtinendum atqui in omni actione humanâ appetitus est efficax: cum intentio finis ultimi in actione moveat ad electionem & applicationem mediorum, per quæ id, cujus intentione agitur, obtineatur. Finis autem ultimus in communi obtineri nequit, sed solum prout in hoc particulari revera existit vel existimatur existere. Ergo quotiescunque homo intendit finem ultimum in communi quod in præcedentibus ostensum est, saltem virtualiter in omni actione deliberatâ fieri, de facto vult aliquem finem ultimum in particulari applicando talem rationem felicitatis seu ultimi finis rebus particularibus. Deo v. g. vel virtuti aut bono honesto, aut bono delectabili & vitio, licet per affectum inefficacem & simplicis complacentiæ possit ferri in beatitudinem in communi abstractam à singularibus.

*Obj. 1.* Justus peccans venialiter neque habet pro fine ultimo Deum neque creaturam: quia aliàs esset efficaciter conversus in creaturam & ita mortaliter peccaret. Ergo non agit propter finem ultimum particularem.

34. Negando ass. cujus probatio distinguitur peccans

De  
 cans maliter esse  
 illam precando si  
 centus negatum  
 ad consecutione  
 vni determin  
 in obsequio  
 venialiter habe  
 Obj. 2. Infideli  
 ens opera moral  
 ultimo saltem e  
 2. Talis solam n  
 sit creatum qui  
 curam: non illam  
 ad consecutione  
 finis sequitur,  
 ut velle ultimum  
 esse & formaliter  
 obtineatur semper  
 vitam.  
 DISPU  
 De Bea  
 Prædicto à Boëtio c  
 um aggregatione  
 ties. 1. In natura  
 ut & magis solis na  
 remanentem, ad qu  
 ita evenit. 2. It  
 in bono per se pri  
 valem, que occu  
 tu in humanita  
 formalem & obje  
 beatitudinem c  
 est illud bonu  
 tu boni posse  
 1. Phil. Schol.

cans venialiter esset efficaciter conversus in creaturam illam appetiando super omnia N. & hoc solum in præcedentibus negatum est. Ex efficaci illius intentione media ad consecutionem illius utilia eligendo Con. hanc ergo vim determinandi ad electionem horum mediolorum absque ordine ad ulteriorem finem etiam in peccante venialiter habet creatura.

*Obj. 2.* Infidelis vel in peccato mortali constitutus faciens opera moraliter bona neque Deum habet pro fine ultimo saltem ex parte operantis, nec creaturam.

*R.* Talis solam moralem honestatem intendit, quæ cum sit creatum quid, efficaciter in tali actu intendit creaturam: non illam super omnia appetiando, sed media ad consecutionem illius utilia applicando.

Ex dictis sequitur, quod homo deliberatè operans teneatur velle ultimum finem verum videlicet Deum, non expressè & formaliter sed interpretativè & virtualiter, eò quod teneatur semper velle bonum honestum ad Deum ordinatum.

## DISPUTATIO II.

*De Beatitudine objectivâ.*

**B**eatitudo à Boëtio definitur: status omnium bonorum aggregatione perfectus dividitur quantum ad præsens. 1. In naturalem, quam homo in statu naturæ puræ & integræ solis naturæ viribus posset consequi. Et supernaturalem, ad quam non nisi per supernaturalia auxilia evahitur. 2. In essentialem, quæ occupatur in summo bono per se primò & essentialiter satiativo. Et accidentalem, quæ occupatur in bonis & objectis inferioribus ut in humanitate Christi, gloriâ Corporis &c. 3. In formalem & objectivam tanquam rationes unam totalem beatitudinem constituentes, beatitudo autem objectiva est illud bonum quo appetitus perfectè satiatur. Cujus boni possessio vocatur beatitudo formalis.

1. 2. *Theol. Schol.*

C

Proce-

I.

voluntatem hu-  
ationem, non  
ultimum finem  
endere omnem  
ntendit propter

nium hominum

à hujus hominis

D. hic Q. 1. a.

nanâ agit saltem

finem ultimum

à aliquos etiam

omnis appe-

dum atqui in

icax: cum in-

electionem &

cujus intentio-

is in communi

articulati reve-

quotiescunque

nuni quod in

aliter in omni

em finem ulti-

tionem felici-

Deo v. g. vel

tabili & vitio,

complacentiæ

abstractam à

habet pro fine

s esset efficaci-

liter peccaret,

articularem.

stinguitur pec-

cans